

iubemus, ut Merseburgense¹²⁾ monasterium, quod ipse piissimus imperator qua¹³⁾ Ungros prostravit, futurum deo devovit, in episcopalem debeatur¹⁴⁾ sedem, quae Magdaburgensi¹⁵⁾ sit subdita sedi. Et quia tot gentes sub uno pastore regi minime possunt, volumus et per nostrae auctoritatis privilegium censemus, ut censum et decimationem omnium gentium, quas praedictus piissimus¹⁶⁾ imperator baptizavit vel per eum suumque filium aequivocum regem successoresque eorum deo annuente baptizandae sunt, ipsi successoresque eorum potestatem habeant distribuendi subdendi Magdaburgensi¹⁵⁾ Merseburgensi¹²⁾ vel cuiquam velint futurae unicuique sedi¹⁷⁾. Volumus etiam, carissimi confratres, et ex beati Petri iussione apostoli praecipimus, ut Moguntiensis Treverensis Coloniensis Salsaburgensis Hamaburgensis ecclesiae archipraesules¹⁸⁾ Magdaburgensis¹⁵⁾ monasterii in archiepiscopalem et Merseburgensis¹²⁾ in episcopalem translationis sedem¹⁹⁾ totis cordis corporisque viribus consentanei fautoresque²⁰⁾ persistent. Cum vero omnipotens deus per praetaxatum servum suum invictissimum imperatorem suumque filium regem successoresque eorum vicinam Sclavorum²¹⁾ gentem ad cultum christianae fidei perduxerit, per eosdem²²⁾ in convenientibus locis secundum oportunitatem episcopatus constitui et in eisdem per consensum praedictorum quinque archipraesulum successorumque eorum ab archiepiscopo Magdaburgensi episcopos consecrari volumus suffraganeos. Sed tamen si praefati filii nostri piissimi imperatoris suique aequivoci regis²³⁾ successores eorum statuta frangere temptaverint, aut praedictarum ecclesiarum ceterarumque²⁴⁾ praesules successoresque eorum Magdaburgensi¹⁵⁾ archiepiscopo suisque suffraganeis successoribusque eorum adiutores²⁵⁾ consentaneique non fuerint, anathematis mucrone feriantur a²⁶⁾ summoque retributore damnationem sine fine recipiant. Omnipotens itaque deus serenissimo imperatori Ottoni suoque nato regi aequivoco spiritualibus filiis nostris longaevam tribuat vitam, quatinus in hoc seculo tranquille viventes in futuro immarcescibilis gloriae²⁷⁾ percipiant palmam. Scriptum per manum Leonis scriniarii sanctae sedis apostolicae in mense Februarii indictione quinta. Bene valete²⁸⁾. Datum pridie²⁹⁾ Idus Februarii per manum Georgii secundicerii sanctae sedis apostolicae anno deo propitio pontificatus domini Johannis summi pontificis et universalis duodecimi³⁰⁾ papae septimo, sed imperante domino piissimo augusto Ottone a deo coronato magno imperatore³¹⁾ in mense et indictione factum quinta.

Nach dem Liber privileg. S. Maur. sec. XII. fol. 7. im K. Geh. Staatsarchiv zu Berlin vergl. mit dem Annalista Saxo ed. G. Waitz in Monum. Germ. ed. Pertz. Scriptor. VI. p. 616. — Unbegründet ist die Behauptung, die Bulle sei falsch (v. Leutsch Markgr. Gero S. 125. Anm. 226) und irrig setzt sie v. Raumer Regesta hist. Brand. S. 49 in's J. 968.

Leuckfeld antiqu. Halberst. S. 645. — Sagittarii hist. duc. Magd. in Boysen hist. Mag. I. S. 124. — Martene et Durand vett. scriptor. coll. I. p. 317. — Mansi nova coll. conc. XVIII. p. 461. — Hartzheim conc. Germ. II. p. 627. — Leibnitii ann. imp. ed. Pertz. III. p. 85. — Riedel cod. dipl. Brand. I. Haupthl. Bd. 8. S. 92.

12) Merseburg. Ann. 13) quia Ann. 14) sinnlos; vielleicht *devehatur* oder *evohatur*. 15) *Magedab.* Ann. 16) *quas idem piiss.* Ann. 17) *cuique vel. fut. sedi* Ann. 18) *Mogont.* — — *Salzeb. Hammab. archipraesules* Ann. 19) *translationem in episc. sedem* Ann. 20) *fautores* Ann. 21) *Slavorum* Ann. 22) *eos* Ann. 23) *suique filii aequivoci regis* Ann. 24) *ceterorumque* Lib. priv. *ceterique* Ann. 25) *suisque successoribus eorumque suffraganeis et eorum successoribus adiutores* Ann. 26) *a* fehlt im Lib. priv. 27) *immarcescibili gloria* Lib. priv. 28) *Bene valete* fehlt Ann. 29) *Data secundo* Ann. 30) *duodecimi* fehlt Ann. 31) *septimo imperii domni piissimi augusti Ottonis a deo coronati magni imperatoris anno primo* Ann.